

Aduertencias para

aliqua grauissima necessitate interueniente,
initante videlicet articulo mortis. Pr̄fertim
iuxta presentem Ecclesię statum: in quo sacerdos
omnino in desuetudinem abiit, ut Diaconi hoc
munere fungantur.

25 ¶ In casu vero quo tanta esset necessitas
ut viaticum necessario sit e grōto administran-
dum, & Sacerdos ex malitia Diacono admini-
strandi facultatem denegaret: posset utiq;
[presbytero contradicente] Diaconus infir-
mo Sacramentū administrare. Quia presen-
tia Sacerdotis sua potestate abutentis, ac si nul-
la esset, reputanda est, & recurrendum ad vo-
luntatem interpretatiuam superioris Episco-
pi, aut Papæ, seu ad ius commune: vel certe si
necessitatem ad Christi Domini voluntatem, qui
in eo casu censetur dedisse huiusmodi facul-
tatem. Ita docent contra Siluestrum Magister
Soro & Doctor Xuarez, & noster Emmanuel. r.
Tom. qq. regul. q. 66. art. 8. vide supra. num. 17

26 ¶ Cum autem Sixtus. 4. & Leo. 10. conces-
serint Monialibus Sanctae Claræ, earumque
Abbatissis, & Monasterijs, & Monialibus Cō-
ceptionis sub cura Fratrum Minorum viuen-
tibus omnia priuilegia & indulta quæ con-
cessa sunt Fratribus Minoribus, ac eorum Prae-
latis